

EGYHÁZTÖRTÉNELMI ADATOK.

XC.

Járay János levele Radetzky Bálint püspökhöz.*)

Gratiam et pacem precatur a Deo patre per Dnum nostrum Jésum Chrm, et officia sua ex animo Commendat.

Clarissime Dne Súperintendens, venit ad me hodie venerabilis senex D. Basilius Zentmihafalvi, et serio affirmavit se aliam hereditatem iusta mercede ibidem in sua patria, emisse. Rogavit me obnix ut pro rei fide scriberem ad Dnam Vram Clariss. Ego vero quamvis emtioni illius noninterfuerim tamen debui fidem dare illi. Proinde rogo Vram Clariss. Dnm ut pariter etiam fidem dare ne dubitet. Emit autem domum fl. 10.

Thordae 1621. 15. May.

Vestrae D. Clarissimae
addictissimus.

Johannes Jaraj

*) Ez okmányt nem a tartalma teszi becessé, hanem az, hogy az az unitárius név egyik legrégebb okmánya. Örömmel adjuk közre éppen most, a midőn angol és amerikai afiai az „unitarius“ név eredetét vitatják. Hale bostoni lelkész Bod Péter elbeszélése után (Bod, Historia Unitariorum in Transylvania p. 43.) „Renovarunt eodem anno (1568). conclusum, quod primum Anno 1557. in Dieta Tordae ediderant, ac Anno 1563. a Regni Ordinibus confirmatum erat in negotio Religionis; Ut Quisque eam, quam mavult, Religionem amplectatur, sine omni coactione, et in alendis suae fidei concionatoribus et usu sacramentorum quisque liber sit, et neutra partium cum altera iniuriis aut vi certare debeat. Imo diversae Religiones inter se inierunt unionem, quod ratione Religionis se invicem turbare et odio prosequi nollent. Ex qua Unione dicti sunt Uniti vel Unitarii; tales minime, qui aequali cum caeteris iure, qui alterius essent Religionis, Regnum incolere possent, quibuscum Unitam, vel unam efficerent Rempublicam. Adhaesit denominatio iis qui Patrem solum verum et aeternum confiterentur, ultro etiam illis eam admittentibus; illi vero, qui tres Personas in una Essentia asserebant, ex adverso, Trinitarii sunt dicti.“ — az unitárius nevet az unio-ból származtatja. Gordon Sándor belfasti lelkész nem osztja e nézetet. Az Uniti, a kiktől Bod szól, a lutheranusok és a kalvinisták voltak. A tordai országgyűlés végzéseiben semmi sincs az Unitáriusokról e néven. Teljesen igaza van Gordon urnak, midőn az unitárius névnek már eredetileg dogmai jelentést tulajdonít s azt a trinitarius nevezet antithesise gyanánt fogja fel. Ez a mi nézetünk is, a melyre nézve, ha még eddig hiányzik is a történelmi meg bizonyítás, de a dolog természeté elég világosan hozza azt magával. Hanem a mi már azt illeti, hogy az „unitarius“ nevezet 1638, a dézsi complanatio óta jött volna az erdélyi unitarius egyházra nézve hivatalos használatba (legal and official designation), erre nézve ajánljuk szives figyelmébe az itt közlött okmányt és az alábbit, a melyek szerint az unitarius név hivatalos használatban fordul elé már 1621-ben és 1630-ban, s a melyeket úgy hiszszük, mindamellet is, hogy feltevésének ellentmondanak, örömmel fog fogadni az unitárius név eredete utáni kutatásában.

Szerk.

C z i m. Clarissimo et praestantissimo viro Domino Valentino Rade-
cio, Superintendenti Ecclesiarum *Unitariarum* in Transylva-
nia dignissimo.

Eredetije egy negyed ivre irva, az unitarius főcons. levéltárá-
ban fasc. LVI. nro 12.

XCI.

**A háromszéki unitarius papoknak a ref. püspök felügyelete alatt
hagyása 1630.**

Paria litterarum pacificationis inter Superintendentes Unitariorum
et Orthodoxae Reformatae Religionis et Ministros Unitarios in tri-
bus Sedibus Siculicalibus existentes.

Nos Chatarina Dei Gratia nata Marchionissa Brandeburgica, Sacri
Romani Imperii et Transylvaniae Princeps Partium Regni Hungariae
Domina, Siculorum Comes, et Borussiae, Cliviae Ducissa etc. Memori-
ae Commendamus per presentes, quod cum humiliter requisitae a
quibusdam fidelibus nostris, et Superintendente Religionis unitariae,
de nonnullis differentiis inter eos et nostrae orthodoxae-Reformatae
Religionis Ministros, Nobilesque et Agiles Trium Sedium Siculicalium
Sepsi, Kézdi, et Orbai incolas iam ante ortis fuissemus, cum eas res
in proxime celebratis Regni Nostri Trium Nationum Comiciis ad prae-
sentem terminum differendas atque sic Complandandas benigne decre-
vissemus, tandem publico Consiliariorum nostrorum Tabulaeque Ju-
diciariae Assessorum consensu, in hac Civitate nostra praesentibus
nobis auditisque ambarum partium Allegationibus et responsis, cum
illud nimis grave sibi Unitariae Religionis Superintendens et Ministri
retulissent quod Ecclesiae Unitariae in iis tribus Sedibus Siculicali-
bus existentes iurisdictioni Reformatae Religionis Superintendentis
subessent parsque contraria antiquum eius rei neque interruptum
Usum Allegassent, tandem re maturius deliberata, communi paci et
concordiae consulandum benigne arbitrantes, ut omnes discordiae dis-
sensionesque inter ambas partes penitus sopirentur unanimi Consil-
iariorum Tabulaeque Nostrae iudiciariae Assessorum consensu et vo-
luntate accedente, hanc ordinationem deliberationemque inter Am-
bas partes successivis temporibus semper valituram decernendam be-
nigne voluimus. Primo quod Ecclesiae illae Unitariae in iis Sedibus
Siculicalibus existentes in posterum habeant suae Religionis Senio-
rem, qui tamen superiorem orthodoxae Reformatae Religionis Super-
intendentem uti hactenus in futurum etiam agnoscant. Cum vero vi-
sitationem Ecclesiarum Reformatae Religionis superattendens in iis lo-
cis instituendam duxerit, is Unitariae Religionis Senior a latere eius
sit, cui in negotio Religionis suae Religionis ministros examinandi
cura incumbat, neque Superattendens Reformatae Religionis eos de
rebus ad Religionem eorum spectantibus examinandos suscipiat. Or-
dinationes quoque Ministrorum Unitariorum non ab Reformatae Re-